



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 8. Legatorum responsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. „in ejus animo prævaleret., Insuper
A.C. 1562. alteram epistolam Borromæus suo nomine ad Mantuanum Cardinalem scripserat, perinde ac si per eam ipsius postulato responderetur, ut hanc ille, si vellet, pro honoris sui conservatione posset palam proferre.

§. VIII.

Legatorum responsum.

Pallav. n. 17. Ad hæc literas Legati omnium nomine responderunt significantes, quod Papæ suum animi propositum libere exequi posset, ac tunc, quamprimum novi Legati essent adventuri, illos benevole, & honorifice exciperent: ast Mantuanus Cardinalis speciatim ad Papam dedit literas, quarum tamen tenor ignoratur, eo quod hæc epistola ad nostras manus non pervenerit.

§. IX.

Decreti forma circa residentiam concepta.

Pallav. n. 18. Antequam Legati postremas hæc Pontificis literas acceperant, variarum Nationum octo Episcopis, quibus jam in conventu die vigesima Aprilis habito decreta componendi cura erat demandata, injungebant, ut etiam decretum de residentia clam conciperent, in quo simul ea juris divini esse definiretur,